COSMETICES PARTICVLA obiter adiecta

A IOANNE STEPHANO Iatrophysico Veneto.

Ad canitiem retardandam.

SI quis mithridatica antidoto, aut conditis myrobalanis post Φλεγμαγογέν vsurpationē frequens vtatur, subinde oleo caryoph chymico ablutum caput sæpiùs obiinat, admixto nardino, canitiem serius accedentem experietur, mirum enim in modum huiusce olei lentor insitum capillorum calorem tuetur, canescunt enim ex situ quodam, & pituitæ prouentu.

Magnum in hanc rem momentum conferre lac caniculæ, testantur quidam, si indè crebrò capillitium excolatur.

Ad tollendam canitudinem ex metu, mœrore, curis ocyùs occupantem.

Septembri mense virentis Nucis latentem in terra radicem crassiusculam cæsim secato, tum sublata particula secta in obtruncatam radicem figulinum vitreum vas oleo plenum aptè intrudito, adeò vt totus caudex oleo madescat. Subinde vasis osculum ita obturandum, ut nihil expiret, aut intrò subeat. Quo facto totum vas panno inuoluendum, & terra leniter aggeranda, vt omninò obtegatur vasculum, quod ita relinquendum est, donec iterum Nux virescat, tunc vas sensim, molliterque subducendum. Detecto ore inuenitur oleum aterrimum succo nucis perpetuos nouem menses in illud emanante

Ex hoc scrotum studiosè, vbi homo in balneo sudare cæperit, inungendum, & continenter testes in id ipsum immergendi, nam ad vniuersos pilos vniuersim denigrandos istud apprimè facit, sufficitque si quis quotannis semel hoc auxilio vtatur, nam vim testium in totum corpus transferri, pilorumque caussam esse, argumento sunt Eunuchi, qui nec calueſcunt, nec barbam emittunt.

Skenchij.

Hue

Huc facit puluiſculus ficulneus ol.camæmel. ſubactus, & comæ inductus.

Vel

℞. Gallarum omphacitidum vnc.4. Coquantur in ſartagine ex comm.ol.tandiù, donec vniuerſæ gallæ tabefactæ diſſoluantur, tum lineo occluſæ ita diſponantur, vt recumbant in fiſcellis noctem integram, poſtea in cupreo vaſe contuſæ redigantur in pollinem, & ſiccentur. Queis dein adiiciantur ſquamæ æris vnc. 1. Alcannæ, fol. Liguſtri pulu.ana vnc.2.pulu. Caryoph.drach.2. Puluis proiiciatur in figulinum, vas montano repletum vino, quibus poſtremò addantur Aluminis rochæ vnc.2.corticis granatorum, nucum viridium ana drach 1. Roriſmarini, ſaluiæ ana m.ſſ.omnia miſceantur, & coquantur ad dimidias. Hoc vino cæſaries abluenda, ſubinde oleo caryophillorum chymico ſublinenda. *Capinaceei.*

Ad Alopecias, & Capillorum defluuium.

℞. Murium domeſticorum vſtorum, panniculi ampelini, ideſt linei vſti, adipis vrſini, ceruinæ medullæ, cort.calami aromat. parem modum. Arida omnia lauigentur, & melle ſufficienti permixto, ad melliginis normam redigantur, ſubinde

adeps, & medulla liquata adiiciantur, & pharmacum in ærea pyyide seruetur. Ex eo Aopecia, donec capilli renascantur, sedulò fricetur, aut profluæ comæ radix illita vuescat. *Galeni.*

Vel

Coquantur grana iuniperi, ladanum, absinthium, adianthon ex vino, & ol myrthino, simul mixta madescant integram hebdomadam, tum recoquantur ad vini consumptionem, & percolentur, validèq; exprimantur. Colatura seruetur in vsus, qua detonsa coma obungitur.

Vel

℞. Amygd. amar. cum suis cort. crematarum, Rad. arund. vstarum partes æquales, subtiliter puluerizentur, & vrsino adipe excipiantur, & asperiore lineo constictum caput oblinatur.

Amati.

Vel

Succus Nicotianæ capiti illitus mirandum in modum Alopecias submouet.

Zaeuti.

Plinius lib. 28. c. 11 ait cinere genitalis asinini spissari capillum, & à canicie vindicari, si rasis illinatur plumbo tritus cum oleo. Eod. c. tradit Plin. caprini, vel hircini cornu scrobibus, vel cinere addito nitro, & tamaricis semine, butyro, oleoque priùs capite raso, mirè fluentem capillum con-

contineri, ſicuti ex canis cinere e oleo illito ſupercilia nigreſcere.

Ad Alopeciam ex lue Venerea.

℞ Puiu.corticis Guaiaci, abrotani vſti ana vnc.ſſ.Decoct primæ Guaiaci vnc.4. ol. amygd.amar. ana vnc.2.bulliant horis 12.in duplici vaſe, ſeruẽtur pro litu, interim D.ligni ſancti vtendum.

Ad barbam ſegnius erumpentem.

℞.Combuſtarum apum cineris, ſtercoris ſoricis quantum libet; his addas auellanæ, caſtaneæ, dactylorum cinerem; hæc omnia commiſcentur cum vng. roſato, & concinnatur linimentum.

Io.Bapt.Porta.

Huc faciunt ol.ouorum, Ladanum, oleo roſato, aut maſtichino permixtum: ſiccatarum apum puluis, oleo, vel melle immixtus: Aqua ex fauo mellis deſtillata: Puluis cap.leporini vſti cum vrſino adipe. Mucerda trita cum oleo nucum. Hyppocampi cinis commendatur ex oleo illitus.

Dioſcoridi.

Vel

℞. Euphorbii, Thapſiæ, Baccarum lauri ana vnc.ſſ.Ellebori nigri, & albi, ſulphuris

phuris viui an. drac. 2. excipiantur ol. lauri & cera; fiat vng.

Serapionis.

Ad lentigines.

Bulbi cum vino, & cymin. cocti delent lentiginem ex Plin. Idem præstat Erucæ semen ex aceto tritum. Huc facit ol. myrobalan. uesperi illitum ori, quod mane sursurum decoctione abluendum. Nec minùs succus bryoniæ cum melle illitus.

Vel

℞. Farinæ erui L. 1. semin. erucæ, amyg. amar. rad. cucum. agrest. an L. ss. leuigata mulso liniantur. Huc facit & leporis pinguedo allita, & vinum in quo sit suffocatus stellio.

Ad vniuersas faciei maculas delendas, & decorem conciliandum.

Mirandum in modum confert Aqua ex induratis ouorum albuminibus, exemptis vitellis, chymico more destillata.

Foresti.

Ad varos, seu tonthos.

℞. Amygd. amararum, sem. melonum an. drach. 6. Contundantur in mortario, dein affundatur succus limonum, & addito combusto alumine fiat linim.

Vel

Vel

℞. Cochleas marinas, quas Myrobrechij ad perpolienda carbasa exponunt venales, immitte in limonum succum, & sine, donec testa absumatur in limum redacta, hoc vari illinantur.

Vel

℞ Sublimati præp. loti vn 1. olei amygd. dulc. vnc. 1. M. in vitreo vase super calidos cineres; dein ℞. Olei amygd. dulc. vnc. ss remisce cum illo oleo sublimato, subinde adde succi limonum, plantaginis, acetosæ, aquæ ros. an vnc. ss. omnia commisceantur cum album. oui agitatato, donec ritè concorporentur. Hoc litu nil præstantiùs.

Fallopij.

Ad faciem flammeam, ficis conspersam.

Confert lac virginale, vnguentum de lithargyro, de cerusa addito hydrargyro ea proportione, vt singulis vngu. vncijs addatur argenti viui saliua, aut succo citri extincti drachma vna.

Vel

℞. Tartari calcinati L. 1. mastiches drachm. 2. pinsantur cum albuminibus ouorum, & reponantur in vaporario, hinc destillatus liquor seruetur in vsus.

Riolani.

Ad

Ad rubram vitiliginem.

℞. Albuminum ouorum num. 100. vitrioli albi Rom. puluerizati vnc. 1. mandentur vaporario, & stillatitia aqua adhibeatur. *Foresti.*

Vel

℞. Sulphuris vnc. 1. ceruſæ lotæ dr. 2. ſucci limonum quartarium, applica veſperi, & mane ex furfurum decoctione faciem ablue.

Vel

℞. Ol. de Tartaro, roſarum an. vnc. 3. ſucci oxylapathi, lauri, ſerpentariæ an. vnc. 4. ceruſæ vnc. 1 ſſ lithargyri auri vnc. 2 argenti viui extincti vnc. 1. ſs. rad. aſphodeli vſtarum ſub cineribus vnc. 2. miſce fiat linimentum in plumbeo mortario.

Foresti.

Ad faciei rubedinem.

Nuclei pinei recentes pinſantur, & ex lacte percoquantur, & aq. roſacea. Hinc ſupernatãs pinguedo colligatur poſt refrigerationem, quæ cum tepente lacte commiſceatur, & ex eo facies abluatur, certò enim curat.

Vel

℞. Camphoræ dr. 1. boracis dr. 2. farinæ cicerum

cicerum rubeorum dr. 4. confice cum succo citrangulorum, & melle, faciem inunge, & mane ablue ex lacte Asellæ. Huc facit aqua fumariæ. *Bayri.*

Ad Ephelidas.

Confert aqua ex floribus fabarum, nympheæ, liliorum alborum destillata addendo melonum semina, item fragorum aqua, acetum stillatum, vng. citrinum. Lapis Pyrites accuratissimè tritus super porphyritem, & cum aceto illitus deterget morpheas, albaras, lentigines, ac reliquas faciei maculas.

Vel

℞. Cerussæ, Camphoræ an. dr. 1. elaterii drac. 2 agita in mortario plumbeo pistillo plumbeo addito aceto, donec redigantur in vng. formam, tum serua per 12. dies in vitreo vase, iterumque in vase plumbeo addito aceto subige. Hoc delet omnes oris fœditates. *Bayri.*

Huc facit oleum de Been cum aceto conquassatum maculis illitum, aut etiam vlcerum vestigijs, ea enim mirè obliterat.

Ad Vitiliginem.

℞. Farinæ lupinorum, sem. melonũ deglubitorum ana drac. 3. farinæ fabarum, orobi,

orobi, cicerum alborum ana.dr. 2. farina lentium excort. hordei ana drac.1.sem.raphani, amyli, tragacanthi an.drac. ſſ croci gr.4.terantur, & cum lacte confecta ori inducantur veſperi, oriente Sole facies abluatur decoct.ſem.melonum, & violarum

Bayri.

Huc facit farina lupinorum oxymelite excepta, cort.rad.capparum aceto permixtus. *Gordonins* maculam folio ficus, aut lineo aſperiore perfricat, ſubinde ol. de tartaro oblinit.

Ad.Puſtulas.

℞. Pulu. muris combuſti: & illine vna cum oleo. *Vel*

℞. Aquæ liliorum alborum, ſambuci, nenupharis an.l.1 oſſis Sepiæ, lithargyri argenti, lapidis calaminaris an.vnc.ſſ ſalis ammoniaci drachm.2. caphuræ ſcr.1.M.& tribus elapſis diebus colentur, & ſeruentur in vſus. *Foreſti,*

Ad Impetiginem, ſiue Lichena.

Confert oleum è vitellis ouorum, de tritico, de tartaro, ſulphur, aut alumen dilutum tepente roſ. aqua. *Vel*

℞. Spumæ argenti vnc.1. teratur cum oxyrrhodino, vel acres maxime impetigines, & pſoras ſanat.

Ad

Ad feram impetiginem.

℞. Sulphuris viui, auripigmenti rubri an. vn. 1. redigantur in pollinem, & cribro traiiciantur, succo fumariæ puluis excipiatur, & fiant trochisci, quorum vnus, quoties vsus postulabit, misceatur vngu. citrino. *Gordonii.*

Ad Verrucas.

Verrucæ obruuntur sarmento ignito; & subinde circumlinuntur succo chelidoniæ, aut tithymali; certo experimento tolluntur.

Ad Ambusta.

Linimentum ex cerusæ, & olei ros. æquis partib. mirandum in modum confert. *Riolani.*

℞. Muccag. sem. cydon. tragacanthæ an. vnc. ss. olei ouorum, nenupharis ana vnc. 1. m. f. linimentum. *Fernelij.*

Vel

Albumina ouorum agita cum oleo rosac. & line. Huc facit oleum è vitellis ouorum, in mortario plumbeo diù agitatum plumbeo pilo. Populeum recens nec minùs valet. *Riolani.*

Vel

Pin-

Pinguedo suilla exuritur, ardentes, & deciduę guttulę pelui supposita excipiuntur, in qua lauri folia sint disposita, exusta folia tandem cinerescunt, & ex hoc cinere & vnguine refrigerato conficitur linimẽtum certo periculo mirabile.

Amati Lusitani

Ad delenda variolarum vestig.

℞. Lithargiri auri subtiliter pulueriz. L. 5. ponantur in sartagine, relinquantur, donec ignescant, non intermissa agitatione, cùm verò ignem conceperit lithargyron, subijce aceti albi acerrimi L. 7. subagitentur modicùm, & colata seruentur. Accipe huiusce aquæ quantum vis, & misce cum succo limonum modico, & subline particulam, exactaque hora mica panis vna cum farina amygd. amar. perfrica oblitam partem, & subinde ablue.

Epiphanij Ferdinandi.

Vel

℞. Ol. Liliorum L. 2. pingued. vnc. 4. ol. ros. vnc. 1. lauentur diligenter aqu. ros. & liliorum, dein quatuor ouorum albumina recentium cum testis parentur, vt ad ignẽ obdurescant, tum m. in mortario cum reliquis, quibus adde amyg. dulc & amar. ana vnc. 1. vna omnia concorporentur, & fiat linimentum. *Foresti.*

Ad

Ad cicatrices delendas, & dealbandas.

Cicatrices delet adeps anatis, aselli cum ol. amyg amar. mixtus, sudor resolutus ab assato ouo recenti, caseus salitus cum melle superpositus, myrrha dissoluta in ol. lini. Huc spectat humana pinguedo, & oleum ceræ tantopere à chymicis commendatum. *Vel*

℞ Aquæ vitæ quater ad minùs destillatæ partes tres, summitatum flor. anthos partes binas, reponantur in amphora per diem naturalem ore benè obturato, mox aquæ, & flores ex arte vaporario commissa destillentur. *Foresti.*

Ad Obesitatem tollendam.

Nihil peræquè profuerit, atque scyllinum acetum à ieiuno quotidie deuorandum.

Ad labiorum asperitatem, & fissuram.

Tolluntur pinguedine gallinæ, aut recenti butyro.

Ad Palpebrarum rubedinem.

Oblinantur palpebræ aqua ros. vel plãtaginis,

taginis, in qua ferrum candens, vel olibanum fuerit sæpius extinctum, vel ijsdem aquis infunde aluminis scrup. 2. vel duo, aut tria vitrioli grana in aquæ plantagin. vnc. 2.

Ad palpebrarum inflationem.

Tollitur fotu ex decoctione florum chamæmelli, maioranæ, euphrasiæ; sem. fœnugræci, cymini.

Ad Salicium.

Valet litus ex cinere apum, vel mucerda, exceptis melle. Vel auellanæ vrantur, puluis pinguedine vrsi, aut capræ misceatur.

Ad vngues malè coloratos, aut ex contusione liuentes.

Resoluatur humor concretus, farina lupinorum, erui oxymelite excepta aut pinguedine capræ cum sulphure mista. Quo remedio ni disparcat fœdus color, vt humori pateat exitus, perforetur vnguis in medio, canendo, ne caro attingatur; quia excresceret, pterygiumque excitaret, vt autem per foramen humor corruptus, expiret, emplastrum metasyncriticum super.

erponendum,confectum ex fermento, & aristolochia, aut ex pice, & dictamno.

Ad vugues leprosos.

Hac methodo leprosi vngues obdurãtur. Primò emolliuntur vng. Dialthæa vel Agrippæ; dein cultello, vel vitro sensim abraduntur, quod superest,curandum, vt cadat emplastro ex fermento,& canthariidibus apposito, cum abscesserit, pars foueatur vino decoctionis gallarum, malicorij, nucum cupressi, vt roboretur, tandem,vt nouus generetur, apponendum emplastrum Diachalciteos.

Ad dentes dealbandos.

℞.Testæ ostreorum vstæ vn.1.corallij, cornu C. vsti, salis gemmei anavnc.ss.pumicis, & ossis sepiæ an.dr.2. nucis mosch. scrup.1.moschi gr.3.m.f.puluis. *Riolani.*

Ad dentes mobiles.

Dentium mobilitati confert acetum scyllinum collutum, item asininum lac, decoctum corticis vlmi. Quod si mobilitas accidat ex venerea lue, conducet oleum chalcanthi unà cum oxymel & aqua plantaginis collutum. *Hollerij.*

Ad

Ad dentium corrosionem.

Dentium corrosioni prodest, ex Græcorum, & Arabum consensu, præmissis generalibus, quæ peccantem humorem, vt salsam pituitam purgent, vel vtramque bilem, nigella Romana *ex* aceto trita, & denti mmissa. *Hollerij.*

Vel

Camphora in perforatum dentem indatur vel cyperus vnà cum mastiche intrudatur. *Auicenna.*

Atque nos hæc hactenus. Qui plura cupit, adeat Rondeletium, & Alex. Pedemontanum. qui accuratè hoc argumentum tractarunt.

FINIS.